

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia lenensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XIX. De Sodomia.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

§. CCXLV.

Raptorem illiusque socium in flagranti vindicta
crimine deprehensum occidere, licet ra- priuata.
ptae patri maritoque. Praeterea raptoris,
liberos non habentis, bona sibi addici, ra-
pta de I. Ro. b) petere potest, non autem
hodierno.

TIT. XIX.
DE SODOMIA.

§. CCXLVI.

Sodomia est coitus contra naturam illius- Sodomiam
que ordinem admissus.

§. CCXLVII.

Dividitur in eam, quæ *contra naturam* quamcun-
generis, eam, quæ *contra naturam sexus*, que,
& eam, quæ *contra naturæ ordinem* com-
mittitur. *Ista* est, ubi homo cum bruto
rem nefandam habet; *illa*, ubi masculus
cum masculo, aut femina cum femina
concubit; *haec* uero, ubi masculus cum
femina præpostaram uenerem exercet,
remque non fert in uas ordinarium c).

§. CCXLVIII.

Regula: quod seminis demum immis- etiam sine
fione consummentur carnis crimina (§. Seminis im-
CLXII, 1.), hic deliquium suum patitur. missione
commiss
fam,

I 4

Itaque

b) Nou. 143. 150.

c) THEODORICI C.
I. c. VI. aph. 5. nr. 26.

Itaque errabunt, qui præter e- & im-missionem, commixtionem seminis requirunt, quam quibusdam in casibus plane fingere non licet.

§. CCXLIX.

manet pœna ignis Sodomiam ab initio ignorasse *d*), post ubi eam cognouerunt, in delictis habuisse *e*) maiores nostros, & dolo malo perfectam uiuicomburio vindicari iussisse *Carolum f*), tam certum est quam quod certissimum.

§. CCL.

ex quibusdam causis Quæ pœna uiuicomburii mitigattur, (1) ob minorem ætatem sodomitæ *g*); (2) *mitiganda*, ob defectum consummati criminis, ut si delinquens rem in re non habuerit, aut nullum semen emiserit *b*); neutiquam vero (3) ob intercessionem coniugis innocentis *i*).

§. CCLI.

Quid etim bestia agen- Bestia, quacum sodomia commissa est, ad destruendam facti memoriam e medio dum? tollitur. Quodsi uero (1) sodomia tan-tum

d) QVINCTIL. de casus criminales nr. 7. clam. VI, 16. IVSTINVS BERGER El. Jurispr. bistor. II, 2.

e) L. Wifig. III, 5, 5. Capitul. VI, 209. VII, 356.

f) C. C. C. art. 116. g) v. L. relationes §. 32.

BERGER El. Jurispr. Cr. p. II. obs. 157.

h) KRESS ad c. art. §. 4. not. 3.

i) GRIBNERI d. de intercess. coni. c. 1.



tum attentata fuerit *k*), aut (2) a tempore scelesti concubitus aliquor anni iam præterlapsi, sicque nefandæ ueneris memoria non adeo recens *l*); immo (3) quoties sodomita ultimo non adficitur supplicio *m*) &c. bestia non comburitur, sed de loco in locum ducitur.

§. CCLII.

Quod ad usum forensem attinet, ho-
die, (1) qui *contra naturam generis con-*
gressi sunt, uiui comburuntur, sexu vero
abusi, gladio percutiuntur n); (2) quos
sodomiae statim serioque *pænituit*, laqueo
suffocati comburuntur *o*); (3) alicubi, ut
sodomia consummata dici possit, *seminis*
immissio requiritur *p*), quæ negligitur ali-
bi *q*); (4) alibi nonnisi habiles *testes*, ali-
bi & inhabiles *r*), contra sodomitam ad-
mittuntur.

§. CCLIII.

Denique notes, quod (1) *mastupratio-* Quæ ad so-
nem fricationemque relegationis, quando- domiam
que manus amputationis, (2) coitum chri- accedere
I 5 stiani dicantur?

- | | |
|--|---|
| <i>k</i>) M Y L I V S ad BEYER. art. 116. pos. 8. | <i>n</i>) K R E S S c. l. §. 1. not. 1. |
| <i>l</i>) H O F F M A N N ob- feruat. quæ ad usum fori spectant disp. 3. obs. 22. | <i>o</i>) v. L. relat. & cas. cr. nr. 85. |
| <i>m</i>) H O M B O R G Resp. 194. | <i>p</i>) C A R P Z O V. pr. crim. qu. 76. nr. 58. |
| | <i>q</i>) Refr. Boruff. 1726. |
| | <i>r</i>) B a d. L. X. VII, 40. |



stiani cum Iudea fustigationis s), & (3) coitum cum muliere mortua, gladii t) pœna maneat. Ignis pœna semper exulat. Nullum enim ex his delictis reuera Sodomiticum est.

§. CCLIV.

**Iudicium
civile.**

*Coniux innocens, si uel maxime atten-
tata tantum fuerit sodomia, ad diuortium;
& dominus bestiæ, si hæc occidenda uel
comburenda, ad interesse u), contra so-
domitam agere potest.*

TIT. XX.

DE INCESTV.

§. CCLV.

**Incestus,
seu**

*Incestus (§. CLXI.) est carnis eorum
coitus, quos matrimonio iungi lex
uetat.*

§. CCLVI.

*corum, Lex autem uetat matrimonio iungi, qui
quos matri- sibi inuicem sunt (1) adscendentes & de-
monio iun- scendentes, collaterales, ad fines primi ge-
gillex uetat, neris, siue legitimæ nuptiæ siue illegiti-
mus coitus eos fecerit x); (2) spiritua-
li modo coniuncti. Quare hi omnes, & si
quos*

s) BEYER ad art. coitu damnato p. II. c.
19. pos. 10. 11. r. nr. 50.

t) FELTMANN de
cadau. insp. c. 33.

x) CARPOV pr. cr.

u) BECHMANN de qu. 72. nr. 34. seq.

